Universitätsbibliothek Paderborn

Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos, & Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum, & Decretorum ad Officium ...

Urban <VIII., Papst>

[Romae], 1645

Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10826

Visual Library

LECTORI.

PROPRIO quandoque parcimus compendio, quò de alijs benemerentes efficiamur. Plurimùm mea intereſſet (benignè Lector) vt cuiuſque Cœnobij ſuperior Apoſtolicarum Conſtitutionum libros Cameralibus typis impreſſos ſibi pararet ad eas inibi perlegendas Cōſtitutiones ad Officium Sanctiſſimæ Inquiſitionis aduerſus hæreticam prauitatem pertinentes, de quarum obſeruantia, & executione vt omnes Regularium Superiores ſuos ſubditos, & Religioſos commoneant anno quolibet, S. D. N. D. VRBANVS PAPA VIII. ſpeciali decreto, quod mox ſubnectetur, prouidè, & oportunè præcepit: Verùm quia in eis omnibus Conſtitutionibus in quatuor Volumina redactis comparandis ſumptus magnus, puſillum autem

*precij in huius libelli emptionem , impende-
tur , & ad eam alacrius omnes accedent;
propterea libellum hunc , qui prælibatum
Sanctiſsimi D. N. Papæ Decretum , Nec
non Conſtitutiones ipſas, Summorum Pon-
tificum hactenus editas , in eodemq. Decre-
to euocatas complectitur, & quidem minu-
ſculo charactere compoſitum , vt paruus il-
le ſit , minoris valeat , emique facilimè à
quoquam poſſit ad omnium vtilitatem, &
commodum, in hanc formam redigi, meiſq.
typis cudi curaui. Itaque (Amice lector) æqui,
bonique facito , quod tui commodo futurum
eſt, & mihi, vt proſim tibi, gratiſsimum.
Vale.*

Andreas Brogiottus.